Querellarum ac Causarum officij Capitanealis Castren in Curia Regia Bransceñ Feria secunda post datam presentis Citationis proxime celebrandis personaliter et peremptorie Compareas Ad Instantiam Nobilis Pauli Filij Nobilis Adami Roskowski de Roski Bienki haeredis Actoris Qui te Citat Ideo quia tu in Contrarium iurium et libertatum Regni quibus Thelonea in Pallatinatu Podlachiae sunt sublata ausus es ab eodem Actore in via libera bonorum Roski circa villam tenden equam coloris gniadey in valore quadraginta florenorum polon pixides alias pistoletow pare y Bandolet trzecz in valore quadraginta florenorum polon in via cuiusdam iniusti et inusitati thelonei recipere et exigere prout recepisti et exegisti per quod poena Mille Marcarum polon succubuisti ad quam super te et bonis tuis decernendam et extendendam una cum restitutione praefati thelonei Citatus Iudicialiter sis responsurus Datum in Curia Regia Bransceñ Feria secunda post festum Sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo Cuiusquidem Citationis praeinserte copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis providus Severinus Kondracki ab una integram ante terminum septimana praesentem in bonis Citati propriis posuit et publicavit Memorata pars Actorea supra scriptam partem Citatam ad officium praesens Castren Capitaneale Bransceñ per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Grossynski trina vidice clamatum et non comparentem in lucro suo pro toto ex Regestri ordine ac admissione officij praesentis iudicialiter Condemnavit

PERKOWSKI   Lucrum

Super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Bransceñ tenoris talis Franciscus Ioannes Lesnowolski in Lesnowola Bransceñ Capitaneus Vobis Nobilibus Thomae olim Pauli Perkowski Danieli olim Pauli Perkowski Petro olim Stanislai Perkowski Alberto olim Sigismundi Perkowski Stanislao olim Pauli Perkowski Sebastiano Perkowski de Perki haeredibus ex omnibus bonis vestris mandamus ut in terminis Querellarum ac Causarum officij Capitanealis Castren in Curia Regia Bransceñ Feria secunda post datam praesentis Citationis proxime celebrandis personaliter et peremptorie Compareatis Ad Instantiam Nobilis Georgij olim Martiani Perkowski de Perki Kaupie haeredis Actoris Qui vos Citat Ideo Quia vos in Contrarium iurium et libertatum Regni quibus Thelonea in Pallatinatu Podlachiae sunt sublata ausi estis in via libera bonorum Perki per villam tenden Fraenum et pilentum karmazynowy vulpibus subductum cum strophiolo in valore duodecim florenorum polon in vim cuiusdam iniusti et inusitati thelonei recipere et exigere prout recepistis et exegistis per quod poena Mille Marcarum polon succubuistis ad quam super vobis et bonis vestris decernendam una cum restitutione praefati Thelonei Citamini iudicialiter sitis responsuri

responsuri Datum in Curia Regia Branscensi Feria secunda post Festum sancti Michaelis Archangeli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo Cuius quidem Citationis prout inserte Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Prossynski ab una integra ante Terminum septimana in bonis Citati propriis apud Nobilem Thomam Gorkowski posuit et publicavit Memorata pars Actorea supra scriptam partem Citatam ad officium praesens Castrense Capitaneale Branscense per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Benedictum Prossynski iuridice Clamatam et non Comparentem in lucro suo pro toto ex registri ordine ad admissione officii praesentis iudicialiter Condemnavit

REVERENDI MONIUSKO LUCRUM

Super Citationem literalem Castrensem Capitaneale Branscensem tenoris talis Franciscus Joannes in Klecow Lesnowolski Branscensis Capitaneus Tibi Nobili Michaeli olim Andreae Kuchynski de Kuchyno Bogdance haeredi ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostro Capitaneali authoritate mandamus ut in Terminis Querellarum ac Causarum officii Capitaneale Castrensi in Curia Regia Branscensi Feria secunda post datam praesentis Citationis proximius celebrandis primo et peremptorie Compareas Ad Instantiam Reverendi Laurentii Moniusko Vicarii Ecclesiae Dobszowiensis Actoris qui te citat ad Inscriptionem Castrensem Capitaneale Wysokiensem quam mediante obligando bona Kuchyno Bogdance Nobili Joanni olim Martini Bialoszewski in summa centum florenorum polonicalium submisisti te praefatum obligatorem ab omni impedimento omnium personarum propinquarum et remotarum sub vadio supra contento evincere et eliberare et tam praesequi per quasvis personas non interveniat Cui inscriptioni tu Contraveniendo non solum eundem Actorem vigore ipso iuris exhonoratis a praefato Bialoszewski evincere vis verum aurea sex casulas recepisti quod vadium in inscriptione contentum succubuisti proque super te et bonis tuis omnibus decernendis Gravis Judicialiter sis responsurus Datum in Curia Regia Branscensi Feria secunda post Festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo Cuius quidem Citationis prout inserte Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis providus Joannes Siekue ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis Kuchyno Bogdance Citati propriis posuit et publicavit Memorata pars Actorea supra scriptam partem Citatam ad officium praesens Castrense Capitaneale Branscense per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Prossynski iuridice Clamatam et non Comparentem in lucro suo pro toto ex registri ordine ac admissione officii praesentis Judicialiter Condemnavit

DRĄGOWSKI LUCRUM

Super Citationem literalem Castrensem Capitaneale Branscensem tenoris talis Franciscus Joannes in Klecow Lesnowolski Branscensis Capitaneus Tibi Nobili Mauricio olim Petri Woyno